Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

cognacionis. nec hebrea nec greca nec latina. nec barba
ra uerbis. sine oris aut lingue organis. sine strepitu syl la
barum diceret. Verum dicit. ego statim certus confidenter
illi homini tuo diceret. Verum dicis. cum quo illum inter
rogare non possim. te quo plenus uera dicit uerbis. ro
go te ds mis rogo te parce peccatis meis. et qui illi seruo
tuo dedisti hec dicere. da mihi hec intelligere. Ecce sunt
tu aterra clamant quod facta sint. Mutantur enim atq; uariantur.
Quicquid autem factum non est. aut tamen est. non est in eo quicquam
quod ante non erat. quod est mutari atq; uariari. Clamant autem
quod se ipsa non fecerunt. ideo sumus. quia facta sumus. Non quod
iam ante quam essemus. ut fieri possimus ab eo uox dicen
tium est ipsa euidentia. Tu quoque domine fecisti ea qui pulcher
es. pulchra sunt enim. qui bonus es bona sunt enim. qui es sunt enim.
nec ita pulchra sunt. nec ita bona sunt. nec ita sunt. sicut tu condi
tor eorum. quo comparato nec pulchra sunt nec bona sunt. nec sunt.
Scimus hec gratias tibi. ac scientia nostra scientie tue comparata
ignorantia est. Quo modo autem fecisti celum aterram atque
machina tante operationis tue. Non enim sicut homo arti
fex. formas corpus de corpore arbitratu animi ualentis
imponere ut cuique speciem quam cernit animi insemetip
sa in uno oculo. et unde hoc ualeret nisi quia tu fecisti eam.
et imponit speciem iam existentem ac habentem ut sit uelum
terre. aut lapidi. aut ligno. aut auro. aut id genus rerum
cuilibet. et unde ista essent. nisi tu instituisses ea. tu fabro
corpori. tu animum membris imperantem fecisti. Tu mate
riam unde fiat aliquid tu ingenium quo artem capit. ut
uideat intus quid faciat foris. tu sensum corporis quo
interpretetur aut iubeat ab animo ad materiam id